



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

III. De commanentibus cum mulieribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

## III.

Dist. 31.  
Interdixit  
& in Decr.  
Iuo. lib. 3.

Interdixit omnimodo sanctum Concilium, neque episcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroducendam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quæ refugiunt omnes suspiciones.

## IV.

Dist. 64.  
Episcopi ab  
omnibus  
qui.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his qui absentes sunt episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositione fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt, danda est unicuique a suæ prouinciæ metropolitano.

## V.

11. quæst. 3.  
Seruetur  
ista sententia.

De eis qui excommunicantur, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab episcopis per singulas prouincias obtineat sententia, iuxta Canones, eos qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiritur autem, ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis per singulas prouincias bis in anno Concilia fieri, omnibus simul episcopis in vnum congregatis, vt tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifeste offenderint episcopum, rationaliter excommunicati apud omnes esse putentur, quamdiu aut in commune, aut episcopo placeat